

descrip|sit primo libro decretalium Augustinus pape, unde plebanus nullum penitus a sacra communione remove presumant, nisi aliis iurium sanctionibus tales surripiant indirecte.

Ad petitiones igitur venerabilis domini Rudolphi Nuemburgensis ecclesie episcopi nobis iuratis annotatis diligenti precatu porrectas inclinati has prehabitas compositionis ordinationes sine preiudicio sanctionum canonum de prudentum virorum doctrina ordinavimus humiliter sine intervallo omnis doli, quam etiam nos Hermannus de Liechtenstein proconsul supradictus ceterique consules Nicolaus Tschakanus senior, Cunradus Weterhan, Nicolaus Wolkenstein, Petrus Wincler, Ullinus Hartlip, Nicolaus Culpner, Heinricus Ducillus, Hermannus Bariscorn, Johannes Wisenberg, Johannes Mûtrer et Heinricus Mussier una cum famosis viris et discretis videlicet domino Petro dicto Storch vicario nostri hospitalis, domino Francisco Werdis sacerdote, Heinrico dicto us dem Steinhus, Cunrado dicto Rawen, Johanne dicto de Milsina, Theodrico dicto procuratore ecclesie nostre parochialis sancte Marie, Nicolao cum Matre, Heinrico Lemmerzail, Johanne Picariatore, Heinrico Penestico, et Cunrado Lusore omnibus, quorum interest seu intererit in futurum, volumus publice protestari. Preterea quiscunque aut quicunque ipsorum hanc supradictam compositionis ordinationem in nos instantissimis precibus benivolencia et assensu arbitratam aliquo ausu temerario infringerit, alteri pro huiustemedi<sup>a)</sup> excessibus nos et nostri successores rigore civili, quo decet, aut iuris testimonio in succursum strictius volumus subveniri et pro digna emenda habere compulsus. Ideo ne aliqua malignitatis calumpnia de premissis ordinationibus, iuribus et nostre civitatis consuetudinibus per ipsos vel etiam ipsorum successores interveniat et ne a nobis et nostris successoribus turbo livoris aut oblivionis emaceracionem obtineant, hanc litteram ipsis an nobis utrobique porrectam, quam etiam registro nostro fecimus reservari, maiori nostre civitatis sigillo una cum sigillis predictorum, scilicet | domini Marquardi plebani et gardiani, in evidens testimonium sollempni appensione fecimus communiri. Et ut hec prehabite compositionis ordinacio humiliter et strictius a nobis reservetur, nos prememorati Marquardus plebanus et gardianus sigillorum nostrorum munimine ex libero pretacto arbitrio fideli appensione presentes communitas in evidencia duximus et omnium testimonium supradictorum de omnibus premissis et singulis ordinationis humiliter invocamus. Datum et actum anno domini ut supra, sabbato ante Letare.

a) so (A<sub>2</sub>) b) voluntatis (A<sub>2</sub>)

**127.** *Vekel von der Planitz beurkundet den Verkauf eines Ackers an Ullin Hartlieb und Nickel Stieger.*

1353 Juli 20

*Original: Stadtarchiv Zwickau, A\*A II 18 Nr. 5 (A); Pergament: 27,5 cm breit, 16,5 cm hoch, Plica: 1,5 cm; Besiegung: Zwei Siegel (1) Vekel von der Planitz (stark beschädigt; D: 2,5 cm), (2) Hannus von Techwitz (leicht beschädigt; D: 2,5 cm) an Pergamentstreifen.*